

## De corruptis litterarū vocibus.

stris errat: qui illas nō aliter q̄ exiles pronunciat: neq; differt apud illos: quod ad sonū attinet inter omnis q̄ est genitiuus ab omen: et hominis q̄ est ab eo q̄ est homo atq; inter ab eo qd̄ est discedo: et habeo qd̄ est teneo. Illi adhuc ridiculi magis: qui aspirationē quasi cōsonantes: que vocalē ferit quemadmodū hebrei pronunciat. Que causa fuit grecis vt aspirationē vocalibus impēdere fecerint: ne extra illas sonū aliquē habere viderent: cū tamē latini illā in litterarū serie posuerint. Et littera vt inquit Isabius quē ego vehemēter auctore sequor: tā carere potuissemus q̄ si nō a grecis essemus mutuati. Ea successit in scripture nostre cōpendiū loco. cs. r. gs. Itaq; qd̄ nunc per. r. par. apex. lex. remex. scribimus antiqui per. cs. pacs. apacs. per. gs. legs. re megs. scribebāt. Sed cū hoc inter omnes cōstet. et quē sonū. r. in fine saltē habeat manifestū sit illud valde miror: vnde hec sartago loquēdi vt ait Persius in hispanorū linguas veneris. vt ransippe. xenophon. dixi. trari. et similia voce quadam hebreis grecis et latinis incognita et agrestia pferant: et quā vt diuī Hieronymi verbis vtar vnus tantū lingue punice strido: suā agnoscat. Neq; ego suspicor aliūde hispanos hāc vocē sermoni romano miscuisse quā a penis iā inde ab eo tēpore quo pulsus fuis fugatisq; gothorū principib; hispanie possessionē inuaserūt. Illi nāq; litterā habēt propriā. xim. appellāt qua sonus ille satis exprimit in cuius locū hispani. r. supposuerūt: quoties sonū quē ab illis acceperāt: scribere volebāt vt in his dictionibus zabondixo. relox. et ceteris huiusmodi. Quod si nō illa ratio nos mouet q̄. r. pro. cs. aut. gs. ponit: atq; in earum locū successit. quodq; grecorū et latinorū doctissimi adhuc hodie quasi. cs. pronunciant: ad illud saltē cōsideremus qualē sonū in fine dictionis habeat: atq; ad illius imaginem ceteris in locis proferamus. N. precedēte. g. quē sonū habeat magna torius hispante cū oibus dictis cōtrouersia est. Omnes nāq; hispani signū pignus agnosco et similia sic proferūt. ac si. c. pro. g. poneretur. Viri tamē eruditi greci et latini dictiones huiusmodi sono quodā ex vtraq; littera mixto lingua ad palatum tota molliter illisa pronunciant. Nemo sit hodie quemadmodum veteres illi nō modo. gn. sed alias quoq; litteras proferebāt. Est tamē longe credibilius veros litterarū sonos in Italia et grecia recedisse: quā in hispania que toties barbarorū dominationi manus ceruicemq; prebuit. Sunt tamē qui dāt ex ista ratione dicēdi nescio quā turpitudinē intelligi que in re presertim diuina adiutorū animos offendat. Nā si dixerim? inquit. cognomē. cognosco cognitus. et similia: illico incidimus in absurdū quendā sensum quē primoribus syllabis ostendimus. O homines impudētes atq; petulcos: qui etiam ea que omni sermonis reiq; turpitudinis carēt. ex animi sui libidine interpretant. Si em̄ dixerit qui spīa illud ex euangelio Johannis. Cognosco oues meas et cognoscunt me mee. ego mihi sentio qd̄ me pudoris rubore effundat. At vos homines nequissimi perinde ac si genitale femineū subintelligeritis: hoc natar i labris et in udo est menas et atis. Qd̄ si essetis mūdi quemadmodū apostolus inq̄: oia etiā immūda uobis essent mūda. Nūc uo cū sitis immūdi: atq; etiā toti in libidinē purratis: ab his que mūda sunt occasione immūditie vestre accipitis. Quid uo facietis cū illud ex euangelio aurib; uestris insonent. Ifodere nō valeo mendicare erubescio. et illud. Ifoderūt manus meas et pedes meos. Ocul; dñi sup iustos. Nec requies mea in seculū. Socrate fidibus docuit nobilissim; fidicem. Conuus. Nūc id cū latine legimus quēpiam offendit: Testes nomē honestissimū in iudicio: et alibi turpe. Cū legim; in sacris litteris. Surrexerūt in me testes iniqui: est ne q̄sq; adeo proeat: q̄ illud in turpiore partē accipere velit. Quare. Sinite obsecro per deū immortalē has ineptas seruoꝝ uernilitates: q̄bus inter se ludere cosueuerūt. Nobis q̄ sacris litterarū initiati sumus: liceat saluo pudore oia pferre. Quāobrem ego uos adolecētes egregij in quibus iā latini sermonis recuperādi spes tantū est: nā ceteros q; sunt incurabiles cū stultitia sua ualere sinamus nō solū hortor et moneo: uerū etiā obsecro et obtestor: vt omni studio et uigilātia sermōni latino incubatis: atq; illoꝝ uoces interminū: quos penes vt poeta inq̄. Arbitriū ius est norma loquendi. Neq; patiamur nos ab exteris nationib; haberi ludibꝝ: que cū nos latine loquētes audiunt. et si meram sapiētiam crepemus illico rōnis risu et nasi aduncitate suspendūt. potiusq; corrupti. oris uisia. Hispanie loquētes excusamus: quā dū latine uolumus uideri sapere: cū magna gētis nostre turpitudine et infamia in mille barbarissimos incidamus. An uero cū in sermone Hispano rusticos: atq; incolas montiū audimus perperam locutos: uix possumus nos a risu cōtinere: nos cū aliena male pronunciamus: indignabimur si ab ijs iridemur: quorū illa sunt propria. Nolite queso per deū immortalē in re tam manifesta esse peruicaces: sed precipue uos o patricius sanguis q̄ uiuere fas est occipiti ceco postice occurrere sanne. Qd̄ si forte in romanorū reipubli. cōtemptum. cui tam lōga tēpore seruisistis latinā linguā uultis corrūpere: cur non ciuiliū et pontificij iuris: cur non omnium bonarū artium atq; theologie in primis cur non sacras nun litterarum quas in re diuina canimus uolumina. abrogatis: cur nō in demortui sermonis